

cum sociis servorum loci ipsius Sancti maneant perpetualiter obtinenda, & servata ratione, ita ut dum iste Pontifex Petrus vivus fuerit, sive in ipsa eadem, sive in Monasterio, sint illi omnia in stipendio usui fructuario, post recessum vero ejus omnia Deo, & S. Apostolico loco, vel illis qui ibi sanctum servitium fecerint, vel psalmodiæ cantaverint, ut inde ferant subsidium temporale, & nos in Divina præsentia gloriam æternam, & dicatur ab omnibus Christianis fiat fiat. Oramus te Sancte Pater æterne Deus, ut Apostolo tuo hoc munus parvissimum multiplicetur conspectui tuo, & sicut accepta tibi fuerunt munera Abel vel Melchisedech, ita nobis proflua efficiantur & pingua in conspectu Sancto tuo. Si quis tamen quod esse non oportet, & fieri minime pertimescimus, adversus hanc seriem testamenti ad irrumpendum, vel diruendum venire conatus fuerit, vel contentionem, aut disturbancem aliquam immittere temptaverit, sive ex stirpe nostra, sive etiam Comes, vel Pontifex de qualicumque gente fuerit, qui hoc infringere temptaverit, in primis à cōmunionē Redemptionis quod est sacrum Corpus, & Sanguis Domini nostri Jesu Christi extraneus habeatur, & lucernis quibus videt, careat, & cum Juda Domini traditore, & Datan & Abiron quos vivos terra absorbit in inferno patiatur. Facta serie testamenti die videlicet nono Kls. Junii Era millesima bisdena & supra VIII^a.

Veremudus Rex ꝑ. Viliulfus Eps. ꝑ. Gundisalvus Eps. ꝑ. Veremudus Eps. ꝑ. Armentarius Eps. ꝑ. Pelagius Eps. ꝑ. Savaricus Eps. ꝑ. Petrus Eps. ꝑ. Manillanus Abba ts. Veremudus Abba ts. Enecus ts. Menendus ts. Gutherre ts. Garsea ts. Titon ts. Somnia ts. Gundisalvus ts.

Ville Portumarini, & Recelli dicta, à Rege Veremundo II. Ecclesia S. Jacobi donantur Era 1031.

Anno 993.

IN nomine Patris & filii & Spiritus Sancti, à plurimis quidem est notum, & non paucis manet declaratum, eo quod fugerunt servi Principis Domini Veremudi quorum unus nomine

ne Hatita , & alii duo , & contulerunt se illius rebeli Gundisavo Menendici , & misit ipse Rex pro eis , & ipse perstitit in superbia sua , & noluit eos reddere in servitio Domini sui. Dum autem venisset in terram Galletiæ præfatus Princeps, mandavit in custodiam mittere filium ipsius Gundisalvi nomine Rudesindum , qui & ipse sic erat rebellis , & sic fecerunt, ut per ipsum ipsos servos fugitivos recuperassent. Cumque sederet in custodia Rudesindus, misit rogatores qui rogarent pro eo, quod pergeret ad Patrem suum , & duceret ipsos servos, & si posset facere esset solutus, & si non, intraret in custodia unde exierat. Tali namque modo fidiaverunt eum Didacus Romanz, Pelagius Menendici, & Cidi Didaci, erat tunc II^a feria post introitum, ut de ipso die usque in mediantate duxisset ipsos servos, & si remansisset cum eis pariarent isti supradicti ducentos sólidos, & ipse Rudesindus roboravit placitum fidejussoribus suis, ut si renuisset, & non duxisset ipsos servos, aut per se non venisset, intraret in ipsa custodia, perderet Villam suam *Portumarini*, quæ est in ripa Minnei, cum cunctis opibus, & adjunctionibus atque præstationibus suis. Perrexit ipse ad patrem suum, & remisit nuntium quod facerent de ipsa Villa, quid vellent, quia nec ipsos servos reddebat, nec ad custodiam veniret: cumque venissent ad diem aptum placiti in præsentia Regis, & nec servos dederunt, nec Rudesindum, mutavit eis Rex placitum bis & ter, & non compleverunt. Constricti sunt ipsi fidejussores, & dederunt illos sólidos in vasis argenteis, in frenis, in equis, in palliis, & impleverunt numerum DC^m solidorum. Hæc omnia dum in jure Regis fuissent suscepta, rogaverunt ipsi fidejussores per Comites, per Potestates, & Milites, quod redderet eis Rex suas opes & reciperet ab eis ipsam Villam *Portumarini*, quam ipsi in placito roboratam tenebant. Tunc Rex misericordia motus reddidit eis suum censum, & fecerunt ei Cartulam concessionis ipsius Villæ *Portumarini*, & roboraverunt in Concilio cunctis videntibus: cumque jam ipsa Villa esset in jure Regis possessa per annum, Divina gratia inspirante, pro remedio suæ animæ concessit ipsam Villam Deo, qui eam dederat, & S. Jacobo Apostolo: simul etiam & aliam Villam avorum nostrorum, quam dicunt *Recelli*, quæ est in

ri:

ripa Ferrariæ, per omnes suos terminos antiquos cum omnibus hominibus in ea habitantibus, & nobis rationem reddentibus. Sic eam cum ista alia Villa offerimus Deo & Sanctis Apostolis ejus, ut sint cum omnibus adjunctionibus suis seu hominibus, qui soliti sunt eis servire, quos per manus nostri Majorini Pinioli Tructini & Gundesindi de nostro dato obtinuerunt, & nobis servierunt, ab omni integritate sint cum ipsis Villis qui eas laborent, & procurent, & semper ædificent, & sint omnia ista jam dicta ipsius Ecclesiæ S. Jacobi. Si quis contra hoc factum nostrum ad irrumpendum venire tempraerit, quisquis fuerit, sit excommunicatus, & in inferno damnatus. Facta Carta Testamenti die II. Idus Aprilis Era millena XXXI^a.

Monasterii S. Eulaliæ de Curtis restauratio per Episcopum Iriensem Petrum I. circa annum 995.

IN nomine Sanctæ & individue Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti qui unus manet in Trinitate, & Trinitas in unitate Deus vivus & verus regnans per infinita sæcula sæculorum Amen. A multis quidem est scitum, & non à paucis manet declaratum, quoniam Ecclesia vocabulo Sanctæ Eulaliæ Virginis quæ est sita in Villa jacenti in territorio Curtis, fundata à Placentio bisavo Martini, cujus filius est Petrus Episcopus, apprehendit eam ipse Placentius cum omnibus hereditatibus suis, quorum longum est scribere, & per terminos suos, qui præsentem parent, obtinuit per prolixum tempus. Creavit tam de progenie sua quam & de aliena multos Sacerdotes & Levitas, & Abbatum non minimam Congregationem, quæ ibi semper floruit, usquequo peccato præpediente venerunt gentes Lotimanorum in ipsam terram, & vastaverunt sic ipsam Ecclesiam sicut & alias convicinas ejusdem, sicut & Sacerdotes sui captivitate ducti, & gladio trucidati fuerunt, ipsasque Scripturas ipsius Ecclesiæ de ignibus concremaverunt usquequo non remansit ibidem non petreæ ignibus ustulata. Remansit autem ab ipso incendio Martinus confessor, nepos ipsius Placentii, cum filiis suis Aldelfio Presbytero, &